2
21.

Quintilianus
Institutiones Oratoriae cum commento

NOTÆ

Raphaelis Regii

Quint. & M. Ant. Sab. in Suetonii

12-3-1

I
00265

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Est. 31. Caj. 2. Núm. 21
2-12-3-2

Suetonius cum commento

Biblioteka Cyfrowa
Politechniki Krakowskiej

M.ANTONIVS SABELLICVS AVGVSTINO BARBADICO SERENISSIMO VENETIARVM PRINCIPI SALVTEM.

Nihil est omnino in tua florentissima repub. a qua ego contemplanda nunq̃ mentis oculos auerto Serenissime princeps: præclara ista publicæ administrationis forma: aut maius: aut pulchrius: cuius effigies: si qualis sit: spectantium oculis cerneretur: incredibiles quidem hominum affectus: studiaq; ad se amandam excitaret: compleretq; haud dubie ipsum humani generis consensum fateri: nihil uestris maioribus: qui per manus eam uobis disciplinam tradiderunt: fuisse in terris sanctius: nihil maiore æquitate: & innocentia præditum: quorum memoria: non solum ob id merito sit colenda: sed immortalitatis etiam laudibus posteritati consecranda: At q̃ prudenter illi ciuitatem sanctissimis institutis munitam uobis reliquere: tam tu solertissime princeps diligenter: & accurate ex sublimi ista dignitatis arce uelut ex specula quadam procuras: ne quid eorum: quæ ab illis sunt rite tradita: negligentia aut iniuria eximatur. Etenim præsentem hanc rerum omnium ubertatem: quietem: salubritatem: quæ cum tuo principatu quinto iam ab hinc anno huic urbi affulsere: secũdum deum optimum tuo felicissimo genio scribimus: quod uero iuris: & æquitatis cultus: ut si quando alias: nunc maxime toto Veneto floret imperio: quod religio & innocentia passim oĩbus alludunt: quod augusta principum sedes: porticus: uiæ: templa: multaq; alia ædificia publica: & priuata his paucis annis: aut ab imis sint fundamentis erecta: aut sumptuosissime instaturata: quod urbs tota pene nouam: atq; eam ĩ ipsam longe splendidissimam induerit faciem: non fortunæ tãtum: sed æquitati etiam tuæ prudentie: & religioni damus. Verum q̃q̃ ea sit sapientia tua inclyte princeps: id sanctissimi istius ordinis: q tecum assidue de republica consultat & solertia: & prudentia: ut non Venetarum rerum tantum: licet & ipsæ multum terra mariq; polleant: sed omnium etiam gentium gubernaculo admotus: quantamuis administrationis molem sine ullo maiorum exemplo sustinere possis: nihilominus ueluti nauis rector: qui & si oĩa cœlo: & aquis longa callet experientia: lineas tamen & numeros quosdam breuissima tabella ĩtuetur: ut nõ modo non locorum ratio: sed ne temporum quidem ulla se inscio prætereant momenta: Sic & tu iucundissime princeps: & potes quidem: & debes in tua ista felicissima administratione: si quando per ocium uacat illustriorum uirorum exempla recognoscere: uel eorum in primis: qui in summo rerum fastigio collocati in suorum ciuium conspectu non in armis uixere. Sed quum nõ unus auctor id Serenitati tuæ præstare possit: qui Tranquillo auctore grauissimo in eo genere plus ualeat prodesse: est meo iudicio nemo: id ego quũ persuasum haberem: haud inepte sum mihi uisus facere: quod eius scripta: quibus duodecim ille Cæsarum uitas fuit complexus: cum uerborum nouitate: tum obscuris historiarum inuolucris aq̃ paucissimis nuper: nec sine contactione adiri solita laboriosa enarratione perspicua: atq; ob ipsum multo fortasse utiliora reddidi. Hæc ego secutus: quia certo sciebam non defuturos: qui Cæsareum nomen auersati: non aliter Tranquillum a liberæ ciuitatis oculis: q̃ Homerum poetarum antistitem ex emendatissima illa Platonis republica ablegandum censerent: cunctantius lectionem hanc Serenitati tuæ cognoscendã proposuissem: nisi singulare ipsius ingenium: longeq; accuratius: q̃ uerbis ullis explicari possit: id esse intelligerem: ut quæ ĩ alteram partẽ scribantur: ea ipsa & sciret: & uellet: tam ad ipsius usum uitæ: q̃ ad reipublicæ salutem accommodare: clæmentiam ĩ quibusdam: mansuetudinem: innocentiam: cæteraq; uirtutes haud tibi iam ãtea ignotas complexus: munificentiam in aliis: industriam: popularitatem: & breui ut quæq; uirtus usui: aut ornamẽto esse poterit: ita aliam in alio studeas imitari: Contra si qua uitia occurrerint: nam non eo inficias esse oĩno aliqua pena indigna relatu: eorum fœditatem detestatus: merito tibi gratulandum putes: quod tãto uir tutum comitatu: præsidioq; septus ad istud dignitatis culmen accesseris: ut nullus sit turpitudini locus ad fœliciſſimũ istum uitæ cursum labefactandum relictus: enixius inde operam daturus: ut eiusmodi laudis detrimenta: quæ longe abs te semper abesse uoluisti: longius adhuc remouisse uidearis. Sic enim natura comparatum est: ut ingenia ad laudem nata non minus uitiorum odio proficiant: q̃ uirtutũ æmulatione: ita ego euenturum arbitratus Tranquillum ipsum: quem ex duro: tetrico: obscuro: tractabilem feci: planum: ac perspicuũ: Serenitati tuæ interim dum alia longe utilior tibi: Venetoq; nomini texitur historia: cognoscendũ proposui. Est fateor id quod damus: si quis tui nominis splendorem intueatur: omnino exiguum: ac pœne sordidum. Sed tu mitissime princeps satis amplum: & splẽdidum facies: si quicquid id est: quod tuis auspiciis in publicum rettuli: sapientissimo iudicio tuo probaueris: quod si ita: ut spero: euenerit: iuuabit me uehementer susceptus labor: sin minus nec adhuc consilii pœnitebit: si dum tuis serenissime princeps commodis studeo: fuero fortasse non paucis gratificatus. Vale.

Olebā ego ſæpe mecū reputare:q̄ iniq̄ eēt illoꝝ cōditio:q aliena ſcripta ſuſciperēt enarrāda: q̄ pna
ſ in lapſum:q̄ iuidiæ ꝓxima:oīumq̄ obtrectatiōibus obiecta:qppe q̄ & ſi:qđ nunq̄ uel raro cōtigit:ex
oī ſit parte emēdata:ſi breuis:dilucida:ſi deniq̄ talis:ut nihil in iis quæ illi dixerint merito reprēhēdi
poſſit:haud tñ ſuſceptus labor plus gr̄æ apud eos:qbus in primis cōſultū uideri pōt ſibi cōparet:q̄ contēptus
apud alios & ludibrii:uelut nullū ſit ſcriptoꝝ genus ſordidius:ocioſius:ineptius: hoc uno cuius ſ̄fœlix ſteri/
leq̄ ſ̄geniū:qa ꝑ ſe nihil parere poſſit obſtetricis uicē pariētibus ꝑſtet:exhibeatq̄ ſe eoꝝ miniſtrū:q merito
aliis referant accepta:qđ ipſū ꝓpemodū ſeruile ſit:aut certe nō multū ab eo diuerſū:hæc & iuidioſe magiſq̄
uere obiiciunt:&.n.nō pauci hac una ſcribēdi uia ſ̄greſſi magnū in oī ſtudioꝝ genere ſibi nomē queſiuere:
neſcio tamē quo nā mō uanā illā calūniā reformidās in unā ſcribēdi rationē:minus q̄ ad hāc ipſam:de qua
loquor aīum adieci:ꝑſeueraſſemq̄ in uteri inſtituto:niſi amicoꝝ hortationes:īmo ꝑces potius me ad Tran
quilli ſcripta enarranda cōpuliſſent:quē ſupiore anno domi interptari adortus:quū ea quæ in mediū affer/
rent:haud tā facile q aderāt ſtilo cōſequi poſſent:efflagitarētq̄ idētidē: ut ſibi illa ipſa in cōmētarii ſpeciē re
præſentarē:eoꝝ ꝑcibus fatigatus:nihil.n.erat quod in tāta neceſſitudine excuſare poſſem:accinxi me ad id
opus magis officio ductus q̄ fiducia:neq̄ enī ſperaui unq̄ futuꝝ:ut uel ea enarratiōe oīa:quod fieri nō pote/
rat:uel oīno plura q̄ cæteri præſtaremus. Sciebā ego certe aliq̄ ne multa dicā lectiōe illa cōtineri:quæ cū uer
boꝝ nouitate:tū ueteris hiſtoriæ ignoratiōe tā recōdita & abſtruſa eſſent:tā altis uoragīnibus īmerſa:ut ue/
lut Heracliti ſcripta quod facere a Socrate dictū accepimus:delio aliquo īdigerēt natatore: q̄q̄ ne in ipſis q
dē locoꝝ tenebris lectorē omnino deſtituendū duximus. Sed uel cōiectura:uel reꝝ ſimilitudie aliquid certe
ī ſingulos locos cōmēti ſumus:cui illius aīus:mō is ſit qui ſingula didicerit:æqua lāce expēdere:facile acquie
ſcat:cætera lectionū uarietate frēti ita executi ſumus:ut nō ſenſa tātū:ordines:hiſtorias:ſed ſinguloꝝ pene
uerboꝝ pōdus ſingulis uerbis reddiderimus:quod ipſum quū aliquāto ītentius facio:exiit hæc noſtra lucu/
bratio paraphraſis uerius q̄ alterius cōmentatiōis ſpeciē. Cæterū fuerit ne operæ preciū hæc ſcribere alii iu
dicabūt:illud ut uere ita ſine rubore dicā accepiſſe nos hæc quæ ī paraphraſim hāc noſtrā cōtulimus: Sic.n.
a ſimilitudine q̄dam appellare libuit:a centū & amplius græci & latini generis ſcriptoribus præter alios pe
ne īnumeros qui uelut externa quadā citātur nomenclatura:nec omnino id fecimus ut ī re tā parua noſtrā
induſtriā cōmendaremus:quod ridiculū ac pene circulatoriū ſemper iudicaui. Sed ut ſimul eos quibus hæc
ſcribebātur plenius demeremur:ſi quū noſtra legerēt:ex quibus potiſſimū fontibus eſſent hauſtra nō igno
rarēt:ſimul ut cæteri qui in hāc forte lectionē incidiſſent his quæ dicūtur facilius acqeſcerēt:q̄q̄ ſic quoque
ſcio nō defuturos:neq̄.n.ſpaui unq̄ poſſe fieri:ut extra omnē ſcriptoꝝ aleā haberemur:q noſtra hæc:ut ni/
mis uaga & luxuriātia cōtenāt:ſed meminerīt illi paraphraſim hāc eſſe:cuius legē ſi ī plere uoluiſſem:oīum
uerboꝝ ratio fuiſſet explicāda:placuit tñ tēperamēto quodā uti:quo pluribus hæc nr̄a ſatiſfaceret enarra/
tio:neq̄.n.pitiſſimo cuiq̄ hæc ſcribebamus:aut iis tātū qbus q̄pauciſſima:ac neſcio an illa ipſa:quæ paꝝ no
bis explorata ſunt:ex hac lectiōe petebāt:ueꝝ & aliis traq̄liāæ hiſtoriæ ſtudioſis:q ad hūc diē non ita ut illi
ꝓfecere. Poterit igit ut nr̄a q̄q̄ opa indiguerit:ſibi lectōem hanc accōmodare:ſic neq̄ his breues & ieiuni:
neq̄ illis ꝓlixi & graues iudicabimur:ſed ſic quoq̄ nō deerūt fortaſſe q alia uia atq̄ alia graſſati calūniā intē/
dāt:nec tā cauſam q̄ odiū ſecuti pgāt noſtrū in hac ꝑte ſtudiū aſpernari:hos ego quādo iueteratæ licētiæ ali
ter occurri nō pōt:illud unū meminiſſe iubeo ex oī mortaliū numero q ſunt hodie:quiq̄ oli fuerūt eos mi/
ſera & extrema cōditiōe ſemp fuiſſe:q ex alienæ laudis obtrectatiōe ſibi phamā quæſiuere:fuiſſeq̄ illoꝝ in/
uidiā alienæ celebritatis nō obſcuꝝ inſtrumētū:infelicitatis uero ſuæ tacitā altricē:nulla unq̄ ingenia tā fe/
liciter claruere:quæ diræ huius peſtis liuētes morſus oīno declinarit:petit.n.ſumma id uitiū ut ignis:hæret
que ꝑtinaciter felicitatis ueſtigio:cōſtat oī tēpore iniuriā inde in bonos miſſam:ſed tātū abfuit:ut ad illoꝝ
quempiam quandoq̄ puenerit:q̄ quum Græculi homeromaſtices:& ex noſtris abominati quidam ſpiritus
ad odium & cōtentionem tanq̄ ſtygiæ herynnes nati oīum memoria exciderint:qui illoꝝ ueneno fuerant
affłati æternum nomen conſecuti gloria floreant & æternitate:& hæc breuiter:non meo magis q̄ omniū
qui aliquid in cōmunem uſum aſſidue cudunt:ſimul ut quod noſter aīus iam pridem in hunc ordinem par/
turit:quandoq̄ pareret ſint dicta:quæ nollem eo conſilio uideri obiecta:ut rectioris iudicii uiros:a ſuo offi/
cio deterrerem:qn hortor potius atq̄ obteſtor pergant illi ſua induſtria noſtrum hunc laborem iuuare. Sa
tis.n.iuuabunt ſi quid quod minus placeat his fuerit commentariis aſſutum:homines enim ſumus:id ipſum
quoquo modo in apertum referrent:eſſem fateor odio magis quā gratia dignus:ſi dum noſtra ſtudioſe ni/
mis commendo:nullum ad ea tanquam myſteria quædam:uel corrigenda:uel mutanda locum cuiquam re
lictum uideri uellem. Erunt per me igitur omnia illis integra:nam quod ad præſens officium attinet:ſatis
ſuperque uidebor mihi ex hac lucubratione conſecutus:ſi Tranquilli fores ſecretiora illius ſcripta adire
uolentibus primus omnium aperuiſſe dicar:quod factum merito ne probari poſſit:omnium:ut dixi po/
tius qua meum erit iudicare. Illud uero non diſſimulabo ex omnibus qui Cæſarum uitas memoriæ prodi
derunt:& in his quos uidimus Iulius Capitolinus:Spartianus:Lambridius:uolcatius:Treuellius: Vopiſcus:
& alii plerique:diſpoſitione:uenuſtate:elocutione:aliiſque hiſtoriæ uirtutibus:unum propemodum Tran
quillum:eſſe maxime dignum:qui ab omnibus legatur. Cæteri ob corruptum dicendi genus longe poſt
ſequuntur:& idcirco huic noſtro minime conferendi.

.M.antonii

M. ANTONII SABELLICI AD AVGVSTINVM BARBADICVM: SERENISSIMVM VENETIARVM PRINCIPEM PARAPHRASEOS IN C. CAESAREM DICTATOREM PARAENESIS PRIMA.

a NNVM AGENS CAESAR: Sunt ni fallor uirtutes omnes in omnibus: ut uitia Auguſtine Princeps Sereniſſime: uerum non omnes in ſingulis: nulli enim hominum unq̃: ut eminentiſſimus ait poeta: cuncta dii dedere: Sed cum ita ſit: plures tamen ĩ uno Cæſare dictatore uirtutes extitiſſe affirmare auſim: q̃ in cæteris omnibus: quorum a Tranquillo uitas elegãter ſcriptas accepimus: cui pudicitiæ parum cuſtoditæ phama detracta: qua ab ineunte adoleſcentia uſq; ad humilium perſonarum exprobatiõem deflagrauit: nihil meo iudicio deſuit: quod & uiro ſummo adeſſe oportuiſſet: in eo conſilium: eloquentia: uigor: conſtantia militaris diſciplinæ: omniũq; altiſſimarum artium ſtudiũ: & quod ad gratiam conciliãdam plurimum ualet mira quædam liberalitas: quibus ille gradibus ex hũili fortuna ad ſummum rerum humanarũ puenit faſtigium. Sed quo plura & maiora ĩ eo extiterũt uirtutũ exẽpla: eo diligentiorẽ operã adhibuimus ut exlocupletiſſima hiſtoriaq; penu: omnẽ rerũ ſeriẽ tibi iucundiſſime princeps depromeremus: uidebã. n. fore: ut ſi unius uitã tuæ amplitudini ex oĩ parte cõſpicuã feciſſemus: fieret illi ad reliqua cognoſcenda facilior acceſſus. Nũc quid ſit qđ ab adoleſcẽtia. C. Cæſaris uitam ſcribere ſit Tranquillus exorſus: in dubium uenire poteſt: ſunt qui cõiectura haud inepta non oportuiſſe dicant ſummi uiri geſta eius incunabulis: & infantiæ crepundiis confundi. Sed id Plutarchus in Alexandro cui hunc noſtrũ cõparat: haud ſeruandũ putauit: niſi quis eũ regiã fortunam: in qua oĩa multo q̃ in priuata ſunt: illuſtriora ſecutũ dixerit. Annũ igitur ſextũ decimũ agens: quum ſexdecim. ſ. annos eſſet Cæſar natus. Annus uero ab ãno: ut Varro ait. i. circulari ſolis reuolutione: uel quia annũ græci ἐνιαυτὸν dicunt: Acteius Capito: ab eo quod ueteres an pro circum poſuere annũ ttadidit appellatũ. Illi. n. ambire pro circum ire dixerunt. Cæſar: ab eo quod qui primus id cognomen tulit: cæſo matris utero ſit æditus: unde & cæſones: hæc Plinius. Seruius: & Spartianus de ratione nominis uterq; plura. Patrem L. Cæſarem uirũ prætoriũ: qui cũ piſis: ut plinius ſcribit: mane calciaretur: repente obiit. Sequẽtibus cõſulibus: ſequẽti anno. Martialis: Bis iam pene tibi cõſul trigeſimus inſtat. oĩs fere ãnorũ ratio conſulũ noĩbus in faſtis cõtinebatur. Flamẽ dialis: louis. ſ. a filaméto: uel ut plutarcho placet: a pileo: quaſi pilamen dictus Deſtinatus: deſignatus: ſed Syllæ dictatoris potẽtia: a petitione repulſum plutarchus tradidit: nec placet qđ quidam ad impetratam a populo petenti facultatem id referunt: uel quod pro collegio nominatum accipias: q; certo anni die fieri ſolitũ: in epiſtolis Plin. ſcribit. Et enĩ nõ ſolũ gentilitiis hæreditatibus ab eodẽ ẽ Sylla multatus: ut Tráquillus nõ multo poſt ſubiicit: ſed & ſacerdotio: quod utiq; ſuffragio fuerat adeptus. Dimiſſa: repudiata. Familia equeſtri: honeſto quidẽ loco: ſed quia hõeſtiore potuiſſet: diues adiecit. Prætextato: prætextam adhuc habẽti: ac per hoc puero de prætextæ uſu teneræ ætati cõceſſo. Macrobius: Plinius: & Plutarchus in quæſtionibus abũde ſcribunt. Cinnæ quater conſulis: Plutarchus eũ dictatorẽ appellat. Iulia: ut in Cornelioꝝ gẽte Corneliæ ſunt dictæ: & in Aemiliorũ Aemiliæ: ita & Julioꝝ Iuliæ gẽtili nomine nuncupatæ: ob idq; Poſſidonius Romanas fœminas ſine proprio nomine fuiſſe credidit: quia prænomẽ non haberẽt: quod tum loco proprii eſſet. Sed Tarquinii uxor Tanaquil: Plinio auctore. ↄ. Cæcilia dicta eſt: ſic & Acca Laurentia: &. ↄ. Teratia in antiquis annalibus cũ ſuis prænominibus ſunt: ut Gellius ſcribit: relatæ. Plutarchus contra Poſſidonii opinionẽ duo dixit in quæſtionibus nomina Ro. fœminas habuiſſe: mares uero tria. A dictatore Sylla: primus Ro. Sylla perpetuã iduit dictaturã: quũ ea alioquin dignitas ſe meſtris eẽt: ueꝝ ultro tandẽ ſe poteſtate abdicauit: cui in ordinẽ redacto: cũ cõuitiũ fieret ab ignobili adoleſcẽte: q̃ſi diuinitus dixiſſe ferẽt fore: ut qcũq; poſt ſe eã dignitatẽ iuaſiſſet: nõ niſi cũ morte depõeret: quod non multo poſt in. C. Cæſare euenit. Sacerdotio: flaminio. Vxoris: Corneliæ: ad illud puto referẽdũ: qđ Sylla oĩa Cinnæ bona publicauit. Gentilitiis hereditatibus: q̃ lege agnationis ad eum peruenire potuiſſent: unde illud: Si paterfamilias inteſtatus moritur: familia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumque eſto.

CAII SVETONII TRANQVILLI DE VITA DVODECIM CAESARVM LIBER PRIMVS

Cæſar Dictator

a NNVM agens Cæſar ſextũ decimum patrem amiſit: ſequẽtibuſq; cõſulibus flamẽ dialis deſtĩatus dimiſſa Coſſutia: quæ familia eq̃ſtri: ſed admodũ diues prætextato deſponſata fuerat. Corneliam Cinnæ quater conſulis filiam duxit uxorem: ex qua illi mox Iulia nata eſt: neq; ut repudiaret illam compelli a dictatore Sylla ullo modo potuit. Quare & ſacerdotio: & uxoris dote: & gentilitiis hereditatibus

Multatus:multæ nomine priuatus:Multã oſci pœnam dixere:quia non ſingula:ut olim:ſed multa ſimul eo nomine:ut Varro exiſtimat:a reo exigi occœperint:eſtq; delicti pecuniaria aſſaduerſio: cum pœna ſit:& capitis. Diuerſarum partiũ:marianarũ:& ob id ſyllæ inimicus. E medio:ex publico congreſſu. Quartanæ:febris.ſ.Plin.& Celſus:Cornelius:quartanas & tertianas numero multitudinis frequentius uſurpant. Quartanæ inquit Celſus ſunt ſimpliciores:incipiunt fere ab horrore:deinde calor erumpit:finitaq; febre biduum integrum eſt: ita quarto die reuertitur. Aggrauante:affligente. Latebras: loca quibus latere poſſet. Inquiſitoribus:ad eũ & cæteros marianos inquirẽdos miſſis.

Reddimeret:duobus talentis redemiſſe ſe Cæſarẽ a Cornelio Phagita ſequiſitoꝛ duce plutarchus ait.

Per uirgines ueſtales: Cic.Nulle ſunt inquit uirgines: quæ me a uobis deprecent:quaſi per ueſtales de reconciliatione agere. Cornelius ad hæc & Trãquillus in Vitelio auctores ſunt:hoc noſſe eas cũ legatis ĩ Flauiana caſtra publice miſſas:de ueſtalium numero & miniſterio earum:plura ſuo loco dicentur. Aurelium cottã:hoc eſt quod per propinquos & affines dixit: nã & mater cæſaris Aurelia dicta eſt. Deprecantibus:uel prece ſupplicium amolientibus:ut Ennius: Lætum & inimicum deprecor:& catullus: Totidem mox deprecor illi:uel ualde p̃cantibus.cice.q̃ multorum hic uitã a Sylla deprecatus eſt. Viris ornatiſſimis:ſi quidem cotta prætor:& cõſul fuerat:Mamercus & ipſe bello marſico legatus: Liuius & Aſconius ſunt auctores. Contenderẽt: obnixe peterent. Expugnatum: precibus uictum. Eum:cæſarem.

Optimatium partibus: nobilium ſtudiis:potẽtiæ: factiõi optimates: qui primum in ciuitate locum optinent:uel q̃ opulentiores ſint:& in maiore cẽſu:uel q̃ in primis oppreſſis opitulari poſſint. Defendiſſẽt: aduerſus Marianos tutati eſſent.

Multos marios:multa conſilia:& ſtudia optimatibus inimica: qualia in Mario fuere.Lucanus:Multuſq; in pectore uano eſt Hannibal.

multatus diuerſarum partium habebatur: ut etiam diſcedere e medio:& q̃q̃ morbo quartanæ aggrauante prope per ſingulas noctes cõmutare latebras cogeretur:ſeq; ab inquiſitoribus pecunia redimere:donec per uirgines Veſtales:perq; Mamercum Aemilium:& Aurelium Cottã propinquos & affines ſuos ueniam impetrauit. Satis conſtat Syllam quum deprecantibus amicis & ornatiſſimis uiris aliquãdiu denegaſſet:atq; illi pertinaciter contenderent:expugnatum tandem proclamaſſe: ſiue diuinitus:ſiue aliqua coniectura uincerent:ac ſibi haberent:dummodo ſcirent eum:quẽ incolumen tanto pẽre cuperent:quandoq; optimatium partibus:quas ſecũ ſimul defendiſſent: exitio futurum:Nam Cæſari multos Marios ineſſe.

De prima Cæſaris militia.

S Tipendia prima in Aſia fecit. M. Thermi prætoris contubernio: a quo ad accerſcendam claſſem in Bithyniam miſſus deſedit apud Nicomedem non ſine rumore proſtratæ regi pudicitiæ: quem rumorem auxit intra paucos rurſus dies repetita Bithinia per cauſam exigendæ pecuniæ:quæ deberetur cuidam libertino clienti ſuo.Reliqua militia ſecũdiore fama fuit:& a Thermo in expugnatione mitylenarum corona ciuica donatus eſt.

De ſecũda eius militia & reditu ipſius ad urbem.

m Eruit & ſub Seruilio Iſaurico in cilicia ſed breui tempore.Nã Syllæ morte cõperta ſimul ſpe nouæ diſſenſiõis:quæ per Marcũ Lepidũ mouebatur:Romã propere rediit:& Lepidi quidẽ ſocietate: quanq̃ magnis cõdi-

Marci thermi:nõ therini:ut quidam habent.Lucanus:luſque ſui pulſo iam perdidit umbria thermo.Extant & Ciceronis epiſtolæ plæræque ad thermum Aſiæ pro prætorem ad eum credo:ſub quo cæſar prima fecit ſtipendia.Nec me fugit apud tacitum therinum ſæpius legi:ſed aut mendoſe:aut certe alterius familiæ id nomen fuit. Contubernio:domeſtico uictu:cõmunicq; habitatione:quaſi contabernio:unde contubernales dicti.Modeſtus centurias in contubernia diuidit:quorum ſingula denos haberent milites. Bithyniã:ad Nicomedem Bithyniæ Regẽ. Eſt.Bithynia Aſiæ regio thracio Boſphoro:& ponti oſtio ad occaſum obuerſa. Proſtratæ:ad ſtuprum ſubiectæ. Rumorem:phamam. Exigẽdæ pecuniæ:ab iis qui eam deberent repetendæ. Libertino:ad ingenui differentiam dixit. Secundiore:proſperiore. A thermo:cuius ductu militabat. Mitylenaꝝ: urbs in Leſbo libera Mitylenæ:ut Plinius ait. Ciuica corona:querna:& qua qui ciuem ſeruaſſet donari cõſueuit:ſed alia de cauſa imperatoribus data:ut poſtea dicetur. Meruit:ſtipendia fecit:militauit:unde emeriti:qui iam militia ſoluti ſunt:qdã emereor:& emeritum:a mereor libẽtius ducũt. Seruilio Iſaurico:is ab Iſauris in cilicia uictis Iſaurici cognomen Romam reportauit.Ouidius:Alter iſauras aut cretum domitas teſtificatum opes. Marcũ Lepidum:is conſul poſt Syllæ mortẽ in eius acta:& uniuerſæ factionis opes temere inuectus armis a Luctatio collega uictus in Sardiniã aufugit:ubi diſtillationis morbo nõ multo poſt pitſunt qui dolore nimio affectum:quum de adulterio cõiugis reſciuiſſet cõſumptum dicat. Magnis conditionibus

tionibus:magnis uictoriæ præmiis. Ingenio eius:uão & inconstanti. Minorem opinione:omnia minus q̃ opinatus esset ad discordiam:& seditionem paratam. Offenderat:inuenerat. Cornelium Dolobellam:duo eodem tempore:ut Pedianus ait:fuerunt Dolobellæ:atq; ambo postulati: sed hunc Cæsar accusauit:quẽ damnare non potuit.quanq̃ multi Greciæ populi:& testimonia:ut Plutarchus scribit:ei detulissent: alterum.M.Scaurus:qui ut damnaretur effecit. Consularem & triumphalem:qui non modo consul fuerat:sed triumphum etiam egerat. Repetundarum:pecuniarum intellige:quo nomine pecuniæ:& alia quibus diuitiæ constant: continentur: sed siue nomẽ sit:siue aliud duobus casibus:repetundarum: & repetundis ueteres plurimum usi sunt.

tionibus inuitaretur:abstinuit: cum ingenio eius diffisus: tum occasione:quam minorem opinione offenderat.

De accusatione Dolobellæ.

Aeterum composita seditiõe ciuili Cornelium Dolobellam consularem & triumphalem uirum repetundarum postulauit:absolutoq; Rhodum secedere statuit:& ad declinãdam inuidiam:& ut per ocium ac requiem Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi magistro operam daret.Huc dum hybernis iam mensibus traiicit circa pharmacusam insulam a prædonibus captus est:mãsitq; apud eos non sine summa indignatione prope quadraginta dies cum uno medico:& cubicullariis duobus. Nam comites:seruosq; cæteros in initio statim ad expediendas pecunias:quibus redimeretur dimisit. Numeratis deinde quinquaginta talentis expositis in littore non distulit:quin euestigio classe deducta persequeretur abeũtes:ac redactos in potestatẽ supplicio: quod illis sæpe minatus inter iocum fuerat afficeret. Vastante regiones proximas Mithridate:ne desidere in discrimine uideretur socios ab Rhodo:quo pertenderat transit in Asiam:auxiliisq; contractis:& prefecto regis prouincia expulso:nutantes ac dubias ciuitates retinuit in fide.

De tribunatu militum eius:& aliis gestis ipsius.

Tribunatum militum:qui primus Romam reuerso per suffragia populi honor optigit auctores restituẽdæ tribunitiæ potestatis: cuius uim Sylla diminuerat enixissime iuuit.Lucio Cinnæ uxoris fratri:& qui cum eo ciuili discordia Lepidum secuti post necem consulis ad Sertorium confugerant:reditum in ciuitatem rogatione Plocia confecit:habuitq; & ipse super ipsa reconcionem.

De quæstura eius & aliis gestis per:eum.

Quæstor Iuliam amitam uxorẽq; Corneliam defunctas laudauit e more pro rostris:sed in amitæ qui-

Apollonio Moloni: cui Cicero quoq; ut plutarchus ait operam dedit. Pharmacusam insulam:circa Carpathum est ea ĩsula:unde & carpathium mare. Classe deducta:ex milesio:ut Plutarchus ait portu in altum ducta. Supplicio quod fuerat interminatus:Cæsar eos in potestate redactos prius iugulari iussit:mox pergami:quod se facturum promiserat:cruci iugulatos affixit.

Nutantes: instabiles:nec in fide mansuras. Tribunatum militum Pedianus duo ait tribunorum militum fuisse genera: unum quod rufusti dicerentur: quiq; in exercitu creari soliti essent: alterũ comitiatorum:qui comitiis designarentur: de quo nunc: Sed hi consulari potestate creati sunt:circa Veiẽtani.Senoniciq; belli tempora: interdũ & proconsularis:aut non multum diuersa potestas data: quo fit ut tribunos fasces etiam procul Italia habuisse tradiderint:quidam ut Tyberium Neronem:qui postea princeps fuit Rhodi:&.M. Antoniũ: qui ab Antonio pio est adoptatus tota Italia procõsulari imperio tribunum fuisse Capitolinus tradidit. Cuius uim potestatem. Sylla dimminuerat:tulerat Sylla dictator legem:ut Appiãus scribit: qua cautum est:ne is qui tribunus plebis fuisset:magistratum ullum amplius haberet.Liuius: omnem ferendarum legum uim tribunus scripsit ademptam. Pedianus autem iudicandi. Auctores restituendæ tribu. po.Pompeius secundo suo consulatu:quem cum Crasso gessit tribunitiam potestatẽ populo rẽstituit: cuius postea

rei constat eum sub initium ciuilis belli pœnituisse. Post necem consulis. Lepidi scilicet:quem in Sardinia defunctum diximus. Rogatione:lege plebiscito. Plocia: Clodium & Claudium ueteres dixere:sic Plocium & Plaucium:duorum Pedianus Plauciorum meminit.M.Plaucii Syllani:trib.ple.&.P.Plaucii Ipsei qui in consulatu fuit Milonis competitor:utrius horum:an alterius Plaucii rogatiõe Cæsar Corneliæ uxoris fratri:& aliis exulibus reditũ in urbem fecerit:parum compertum habeo. Concionem:orationem ad populum:orationis ipsius Gellius meminit:in oratione inquit. C.Cæsaris:qua plauciam rogationem suasit. Iuliam amitam:patris sui sororem:quæ.C. Mario nupsit: E more:ueteri instituto:miror Plutarchum existimare nouo exemplo Corneliam a Cæsare laudatam: quasi is honor grandibus natu matroni tãtum

redderetur: quum ipse in Camillo auctor sit: ob aurum a mulieribus in publicum collatum: patrum decreto omnibus datum: ut fato defunctæ publice laudarentur. Alicarnasseus Dionysius antiquissimam oration nem funebrem apud Romanos eam existimat: quam Publicola consul in Bruti collegæ funere habuisset.

Quo nomine. Martia: quia in martia gente orta. A uenere iulii: ab iulo Veneris nepote: Aeneæ filio. Vergilius: Iulius a magno demissum nomen Iulo. In genere: patris scilicet: & amitæ meæ. Regum sanctitas: inuiolabilis maiestas. Et cerimonia: ad historiam allusit: nisi ad Venerem potius id referas: Dionysius auctor est: orta inter Iulium Ascanii filium: & Siluium Aenea & Lauinia genitum de regno altercatione ita inter eos comparatum: ut Siluius regnaret: Iulo & posteris: quædam sacrorum potestas cæderet: quæ in ea gẽte usq; ad sua tempora mansisset. Quinti Pompeii filiam: pedianus: Quintus inquit pompeius: syllæ dictatoris ex filia nepos: quaſ pompeia proneptis potius: nisi hunc fratrem accipias: cuius pater eodem prænomine fuerit: quod raro apud maiores uideo seruatum. Inter publicas cerimonias: publica sacrorum solẽnia: quæ in pontificis maximi domo celebrari solita scribit plutarchus: quaſ Cæsarem tum pontificem fuisse accipias oportet: quum Clodius ad eius coniugem muliebri habitu penetrauit: miror Appianum Calphurniam pro pompeia scripsisse Sed adhuc magis mirum Liuium Metelli pontificis cõiugem in sacris bonæ deæ a Clodio adulteratam scripsisse: quum & uxorem Cæsaris fuisse constet: ad quam ille in opertum uenisset: nec Calphurniam: quæ quoad uixit Cæsar: in eius connubio permansit. Obuenit: sorte obtigit. Vlterior hispania: Bethyca: quæ ulterior: auctore plinio: dicta est. Cõuentus: loca quibus in eiusdem Plinii utar uerbis: plures populi disceptabant: quattuor in ea conuentus Gaditanus: Cordubensis: Astysitanus: & Hispalensis. Gades: insulam extra terram. Plinius: gadibus extra orbem conditis.

Pertesus ignauiam suã: suæ ignauiæ tedio affectus. Aetate: altero scilicet: ac tricesimo ætatis anno.

Orbem terrarum subegisset: at Macedones non solum non orbem subegere: sed de Aphrica ne contendere quidem: ut polybius ait cœperunt: in Europa uero ab Adria ad Istrum: quota eius regionis parte dominati: magnam Asiæ partem intactam reliquisse eiusdem testimonio traduntur. Missionem: decedendi facultatem. Coniectores: græci ὀνειροπόλους uocãt. Terra omnium parens: Ouidius: Magna parens terra est. Colonias latinas: Coloniarum duplex ratio: & enim ciues aliquo ad inhabitandum transcripti colonia dicebatur: quales fere erant Romanorum coloniæ: & quum manentibus ueteribus incolis ius latii: ut Pedianus ait: eis dabatur: sic pompeius Strabo magni Pompeii pater transpadanas deduxit colonias: erat autem ius latii: ut idẽ auctor interpretatur: dem laudatione de eius ac patris sui utraq; origine sic refert. Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum paternum cum diis immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Martio sunt Martii reges: quo nomine fuit mater a Venere Iulii: cuius gẽtis familia est nostra. Est ergo in genere & sanctitas regum: qui plurimum ĩter homines pollent: & cerimonia deorum: quorum ipsi in potestate sunt reges. In Corneliæ autẽ locum Pompeiam duxit Quinti Pompeii filiam Syllæ neptem: cum qua deinde diuortium fecit: adulterã tam opinatus a Publio Clodio: quem inter publicas cerimonias penetrasse: ad eam muliebri ueste tam cõstans fama erat: ut senatus quæstionem de pollutis sacris decreuerit.

De gemitu eius apud statuam magni Alexandri: & de somnio ipsius de matris concubitu.

q Væstori ulterior Hispania obuenit: ubi cũm mandato reipublicæ iure dicendo conuentus circumiret: gadesque uenisset: animaduersa apud Herculis templum magni Alexandri imagine ingemuit: & quasi pertesus ignauiam suam: quod nihil tum a se memorabile actum esset in ætate: quam iam alexander orbem terrarũ subegisset missionem continuo efflagitauit ad captandas quãprimum maiorum rerum occasiones. In urbe etiam confusum cum somnio proximæ noctis: nam uisus erat per quietem matri stuprum intulisse: coniectores ad amplissimam spem incitauerũt. Arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes: quando mater: quam subiectam sibi uidisset: non alia esset quam terra: quæ omnium parens haberetur.

De gestis per eum in urbe.

d Ecedens ergo ante tẽpus colonias latinas de peten

tur:nil aliud quam petenti magistratus Romanam ciuitatem adipisci:cui Strabonis auctoritas astipulatur: latii inquit ius habent adeo:ut qui ædilitatis questuræque dignitatem romæ assecuti sunt:ne mausi: assint: sed quid sit quod de petenda ciuitate agitantes dixerit indubium uenire potest: quum feræ nil aliud sit dicere quam q ciuitatem adepti essent de quærenda ciuitate sollicitos esse. Sed ex obscura historiæ latebra lux elicienda est: Appianus est auctor:plures italiæ populos:socialis belli temporibus:ciuitate donatos: Sed in suffragiorum latione:quod ille plane demonstrat a romanis deceptos:qua fraude aliquod post annos animaduersa nouæ dissensionis materia sit:inde illis orta ut sit sensus de petenda ciuitate.i.iure ciuitatis qđ nomine nõ re fuerant adepti: Scio ego non deesse qui aliter. Interpretati sint esse ius latii.quo qui prædi ti essent suffragii tantum lationem haberent:sed ut Ciuem petendi magistratus ius nullum.de quo latinæ coloniæ:quæ circa padum erant ea tempestate agitarent: Verum utcũque res habet. Tranquillus aperte demonstrat aliud fuisse ciuitate donari:aliud iure latii:nec tãtum præsenti loco quo ait colonias latinas de ciuitate adipiscẽda sollicitas fuisse:uerum in Augusto: quem scribit non multas urbes sua merita in rẽpu.allegantes latinitate.i.iure latii uel ciuitate donasse. Consules.L. Cæsar credo:&. C.figulus: aut.L. Tullius &.M.Lepidus:quibus cõsulibus ro.signa circa. Ciliciam:& Syriam magni pompei ductu uagabãt. Secius:segnius:Tardius. Aedilitatem: iniret ædilitatis munus adiret. Venit in suspitionẽ: suspectus eẽ cœpit. Ambitus uetitæ largiõis:& suffragiorum corruptelæ: Salustius .L. Antõius:&.p.Sylla designati cõsules legibus ambitus interrogati pœnas dederant principio anni. Calendis.Ianuariis: unde annus sumebat initiũ. Trucidatis quos placitum esset.Crispus.L.Cottam:&.L.Torquatum consules Interficere eos statuisse ait:suppressisque Crassi:& Syllæ nominibus a catilina.Antonio:& pisone.ita conspiratum:ut patrata cæde Catilina:& Antonius fasces inuaderẽt. piso cũ exercitu ad optinẽdas hispãias mitteretur.id Cicero in ea oratione:quam contra.Caius. Antonium competitorem in senatu habuit:& pedianus testanť. Ipse Cæsar.Magister equitum:ut dictatoris erat ius summum in populum:ita in omnes milites:& accensos magistri equitum. Ad arbitrium sententiam:uoluntatem.ludicium. Marcus Bibulus. qui ædilis: cum cæsare fuit:& mox in consulatu collega. Curio pater.dubium an is sit.qui postea cæsarianus factus in lybia ad bagradam fluuium perüt:an eius pater.miror cur patrem dixerit:si tres continua serie oratores in curionum familia:ut plinius ait extiterunt:nullumque ob id facere potuerit discrimẽ. Cõsulatu:quem cum Bibulo cessit. Aedilis:quando subaudi ædilis:cum Cicero:Antonio:& Sylla coniurauit. Destinatũ:decretum.cõstitutum. Non obiisse:dié diei munus non adiisse:uel aut nõ exequutũ eẽ. Marcus. Actorius.Naso fuerit ne hic naso:an alius:qui ab Antonio lepido:& Augusto,pscriptus é:parũ nobis: adhuc constat.prouincia hispania.Crispus. Crasso ad nitente citeriorem ait hispaniã illi datã:ut in ea quæstor,pptor eẽt. Foris ille:,pcul urbe. Cõsurgerẽt:una Ad res nouas surgerẽt. Per lãbranos:sic legũt qdã

da ciuitate agitantes adiit:& ad addendum aliquid concitasset:nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones paulisper ob id ipsum retinuissent:nec eo secius maiora mox in urbe molitus est.

De suspitione coniurationis eius cum Crasso & Sylla.

SIquidem ante paucos diés quam ædilitatem iniret:uenit in suspitionem conspirasse cum Marco Crasso consulari. Item publio Sylla &.L. Antonio post designationem consulatus ambitus condemnatis:ut principio anni senatum adoritẽtur:& trucidatis:quos placitũ esset: dictaturam Crassus inuaderet. Ipse ab eo magister equitum diceretur. Constituta que ad arbitrium repu. Syllæ:& Antonio consulatus restitueretur. Meminerunt huius coniurationis Tanusius geminus in historia: Marcus Bibulus in edictis. C. curio pater in orationibus. De hac significare uidetur & Cicero in quadam ad Atticum epistola referens Cæsarem in cõsulatu cõfirmasse regnum:de quo ædilis cogitarat: Tanusius adiicit Crassum pœnitentia uel metu diem cædi destinatum non obiisse:& iccirco ne Cæsarem quidem signum: quod ab eo dari conueneratdedisse. Conuenisse autem Curio ait ut togam de humero deiiceret. Idem Curio:sed &.M. Actorius Naso auctores sunt conspirasse eum etiam cũ Cneo Pisone adolescente:cui ob suspitionem urbanæ coniurationis prouincia hispania ultro extra ordinem data sit:pactumque ut simul foris ille ipse Romæ ad res nouas cõsurgerẽt:p lam

quibus facile accedo.i.per lambri accolas:est enim is Cisalpinæ galliæ fluuius:ex eupoli lacu fluens & quod magis credã:continuo transpadanos subiecit:ut appareat de iis coloniis intelligere:quas de ciuitate agitantes Cæsar hispania decedens non multo antea adierat:alii ambranos habent:qđ nullo mõ probo. Morte pisonis:qui ab hispanis equitibus:quos in exercitu ductabat iter faciens occisus est. Præter comitiũ ac forum:quæ duo in primis loca ab ædilibus spectaculorũ diebus ornari cõsueuerunt:ita ut signa & statuæ ad tempus romã ædiliũ cura & prouincia quãdoq; deportarentur.Plinius & Pedianus sunt auctores:Comitiũ a coeundo dictum satis cõstat:quasi coitium: quidã quia eo Sabini & Romani ad sanciendã inter se pacẽ coiiuissent dictum autumãt: alii qđ suffragiorum cã huc.ro.tribus coirent:locus fuit inter palatium:& capitolium ro.foro contiguũ. Basilicas:regias απο του βασιλεως Papinius.Illinc belligeri sublimis regia pauli erãt basilicæ magnifica:& sumptuosa ædificia:qualis fuit basilica Pauli:basilica Lucii:& Caii:sed harũ neutra tũc erat:uerum siquis basilicæ formam requirit:Lãpridium audiat.basilicã inquit inter campum martiũ & septa agrippiana instituerat:in lato pedum centum:in longo mille:ita ut tota colũnis penderet. Ad tempus:in præsentem spectaculorũ usum. In qbus:porticibus. Abundãte rerum copia:signorum imaginũ:statuarum:& rerum ad ornatum quæsitarum multitudine superante. Venationes: quibus feræ in theatro cõficiebantur. Quod & polluci:postq̃ ad regillum lacum ꝓspere aduersus latinos Posthumius dictator pugnauit Castori & Polluci ĩ ea pte fori quo circa iuturnæ lacum duo iuuenes:q uictoriã nunciarunt equorũ sudorem abstergere cõspecti sunt:ædes erecta est:Plutarchus:Valerius:& Dionysius sunt auctores:uerum sic accidit ut tantũ castoris ædes sit dicta: Martialis uicinum castora canæ:Transibis uestæ.Plinius.Ante ædem castorũ fuit Marci Tremelii equestris togata. Munificentiã:munificentissimos ludos. Vnius cæsaris dici:quasi ab uno cæsare exhibitos uulgo prædicari. Gladiatorum munus.spectaculum.Iu.munera nunc ædunt:& alibi Cuius munere retia misit. Familia:multi sub uno instituebantur lanista ad gladiaturam:qui numerus familia dicebatur:sed liberi quoq;sub hoc nomine complectuntur:unde paterfamilias dictus:& philosophorum familiæ:seruorum tamen proprium est: famel.n. unde famulus:& familia:osca lingua.seruus olim dictus. Cõparata:quæsita:Inimicos:homines aduersæ factionis eos intellige:quibus:Cæsaris succesſus semper suspectissimi fuere. Cautum:ante ludorum dies lege prouisum. Per partem tribunorum:per tribunorum quosdã:quia per omnes forte non poterat. Aegyptus prouincia:ut in ægyptum mitteretur. Plebiscito:rogatione tribunitia:siue lege:scire apud ueteres iubere fuit:unde plebiscita quasi plebis iussa. Extraordinarii imperii:extra sortem decernendi. Alexãdrini:Alexandriam in ægypto macedonum rex.Alexander eam ut plinius ait Dinocrate archinitecto ĩ macedonicæ clamidis effigiem metante cõdidit. Regem suum:Ptolemæum cognomento auletem:qui præter alia flagitia choraulam exercuit:hunc Alexandrini ob uitæ obscænitatem:ut Strabo tradidit exegerũt: de eius reductione multa Plutarchus in Catone:sed plura omnino Cicero ad lentulũ: Scio ego præter hũc & alios regum ab alexandrinis eiectos:sed temporum ratio efficit ut de aulete credamus. Optimatim factione:hi sunt:quos supra inimicos appellauit. Trophæa:cimbricæ uictoriæ monumenta: sunt enim trophæa spolia hostibus adempta.deo dicata:Vergilius. Menzenti ducis exuuias tibi magne trophæum:talia fuere cimbrica trophæa.C.Marii in urbe:de quibus nunc Tranquillus talia:& Pompeii: Crispus deuictis

branos:& transpadanos:destitũtum utriusq; consilium morte Pisonis.

De ædilitate eius & gestis in ea.

Edilis præter comitium ac forum basilicasq; etiam capitolium ornauit porticibus ad tẽpus extructis: in quibus abundante rerum copia:pars apparatus exponeretur. Venationes autem ludosq; & cum collega:& seꝑatim edidit:quo factum est ut communium quoq; impensarum solus gratiam caperet:Nec dissimularet collega eius Marcus Bibulus eueniſſe sibi:qđ Polluci. Vt enĩ geminis fratribus ædes in foro constituta tantum Castoris uocaretur:Ita suam. Cæsariq; munificentiam unius Cæsaris dici. Adiecit insuper Cæsar etiam gladiatorium munus:sed aliquãto paucioribus q̃ destinauerat paribus: Nam quum multiplici undiq; familia comparata inimicos exterruissẽt:cautum est de numero gladiatorum:quo ne maiorem cui q̃ habere Romæ liceret.

De gestis per eum in urbe.

Conciliato populi fauore tentauit per partem tribunorum ut sibi ægyptus prouincia plebiscito daretur:nactus extraordinarii imperii occasionem:quod Alexandrini regem suum sociumque atq; amicum a senatu appellatum expulerant:resque uulgo improbabatur:nec optinuit aduersante optimatium factione: quorum auctoritatem ut quibus posset modis inuicẽ diminueret. Trophæa Caii Marii de Iugurtha:deq; cimbris:atq; theuto

hispanis trophæa in pyreneis iugis cõstituit:ex quo more trophæa in urbibus figuntur:in arcubus ex edificatis. Restituit:reposuit priore loco statuit. De sicariis:percussoribus:a sica dictis. Ob relata:ciuium capita:Sylla duo talenta proscriptorum ciuium percussoribus mercedis nomine proposuit. Corneliis legibus: Corneliæ leges plures omnino fuere a Cornelio tribuno plebis latæ:pro quo Ciceronis elegans extat oratio:is inter alias:quas ad populum tulit leges:capite uno cauit:nequis legibus in senatu solueretur: nisi.cc.affuissent senatores:quum antea uel paucissimi per ambitionem id factitare cõsuessent:de hac lege uidetur mihi nũc sentire Tranq̃llus:ut q̃q̃ frequẽti senatu decretũ esset:ne prosit cariis haberentur:qui proscriptorum capita retulissent:Cæsar tamẽ ut eius ordinis auctoritatem labefactaret in sicariorum numero aduersus cornelias leges in exercenda quæstione habuit:legibus ãt dixit quia altero capite:id quoq;:sed diuersa ratione & euentu Cornelius tentarat. Subornauit:ĩstruxit.

nis olim a Sylla disiecta restituit:atquẽ in exercenda de sicariis quæstione:eos quoque sicariorum numero habuit: qui proscriptione ob relata ciuium Romanorum capita pecunias ex ærario acceperant: quamquam exceptos corneliis legibus. De eodem.

Vbornauit etiam qui.C. Rabirio perduellionis diem diceret:quo præcipuo adiutore aliquot ante annos Lutii Saturnini seditiosum tribunatũ senatus coercuerat:ac sorte iudex in reum ductus tam cupide condemnauit:ut ad populum prouocãti nihilæque ac iudicis acerbitas profuerit. De põtificatu maximo eiusdem.

Eposita prouinciæ spe põtificatum maximum petiit non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem æris alieni:quum mane ad comitia descenderet:prædixisse matri osculanti fertur:domum nisi se pontificem non reuersurum:atque ita potentissimos duos competitores multumque & ætate:& dignitate antecedentes superauit:ut plura ipse in eorum tribubus suffragia:quam uterque in omnibus tulerit.

De prætura & gestis eiusdem.

Prætor creatus detecta coniuratione Catilinæ senatuque uniuerso in socios facinoris ultimam statuente pœnam solus municipatim diuidendos:custodiendosque publicatis bonis censuit. Quin & tantum metum adiecit asperiora suadentibus identidem ostentans quanta eos in posterum a plebe Romana maneret inuidia: ut Decium Syllanum consulem designatum non piguerit sniam suã:qa mutare turpe erat ĩterpretatiõe lenire:uelut grauius atq3 ipse sẽsisset exceptã:obtiuissetq3 adõ trãsductis ad se iã pluribus:& ĩ his Ciceroĩs cõsulis fratre:nisi labãtẽ ordinẽ cõfirmasset. M. Catõis oratio. Ac ne sic quidẽ ĩpedire rẽ destitit:quo ad usq3 manus equitũ Romãorũ quæ armata presidii causa circũstabat ĩmoderatius pseuerãti necẽ cõminata ẽ:& iã strictos gladios usq3 eo ĩtentãs: ut sedentẽ una proximi deseruerint:uix pauci cõplexu togaq3 obiecta protexerĩt. Tũc plãe deterrit9 nõ mõ cessit:

Perduellĩõis:maiestatis. L. Saturnini:de Sarturnini tribunatu Ciceroni Ciceronis opus illud est:quod ad Herennium inscribitur:sed Appiãus multo plura. Sorte ductus: iquibusdam causis iudices sorte trahebantur:quod in miloniano iudicio:& aliis pleriſque locis pedianus aperte ostẽdit in reum Rabirium. Iudicis:Cæsaris subaudi. Prouinciæ:spe reducendi ĩ ægyptum ptolæmei. Põtificatum maximum: Numa primum põtificẽ maximũ creauit Martium Martii filium generum suum:qui omnia sacra publica & p̃uata subiecit. Mãtri:Aureliæ. Nisi põtificem:do.non re:scilicet aut pontificem eo die aut exulem futurum plutarchus:Aut ĩquit pontificem hodie mater aut exulem uidebis. Duos competitores.P. Seruilium Isauricum:sub quo ipse in cilicia militarat:& Catulum luctatium principem Syllanæ factionis. In eorum tribubus:quas utique apparebat longe maiore studio suis tribulibus q̃ Cæsari suffragaturas:si quidem singulæ tribus magis suis:q̃ alienis cõpetitoribus fauere consueuerunt:Sed in comitiis illis aliter euenit:quando Cæsar in alterutra tribu plura suffragia tulerit:q̃ ambo illi in omnibus Romãis tribubus:quæ quinque erant & triginta numero. Censuit: oratio quam Cæsar super ea re habuit:eleganter est apud Crispum notata. Municipatim:per ipsa municipia oppida scilicet honorarii muneris communicatione. ro. po. connexa. quid municipium:quid colonia sit. Gellius & Pedianus docent. Labantem:infirmum nutantem:iam dudum in Cæsaris sententiam inclinãtem. Catonis oratio:hanc quoq; Crispus in primo historiarum complexus est. Præsidii causa ut cõsuli & patribus p̃sidio esset. Intentans:minaciter atque identidem intendens. Vt proximi:proximo forte loco sedentes. Togaq;:obiecta:Plutarchus auctor ẽ Cæsarẽ obiectu togæ a Curiõe seruatũ

De refectione capitolii: Iouis templum tarquinius romanorum regum ultimus constructuit: puluillus consul dedicauit: mox bellis ciuilibus: ut plutarchus: appianus: & Liuius scribunt: combustum cum Sylla instauraſſet morte præuentus dedicare non potuit: qui honor catulo obtigit: uiteliana inde seditione: quum iterum conflagraſſet: Veſpaſianus reſtituit: & conſecrauit nouiſſime cum eius morte incendio absumptum Domitianus filius reparatum dedicauit: hæc plutarchus Tranquillus: & Martialis non ipſam duntaxat dedicationem: catulo tribuunt: ſed refectionem quoq;. Diſquiſitionem: a diſquiro diſquiſitio eſt. Diſquirere quærẽdo diſcernere: ad diſquiſitionem: ad populi diſcuſſiõem: an populus catulo: uel alii potius eam curam de mãdari uellet: Lampridius dato tamen ſpatio ad diſquirendũ cogitãdumq; prius quid dicerent.

Rogatione: lege. Promulgata: propoſita: in uulgus edita. Gellius quid rogatio ſit: quid plebiſcitum: quid lex longiore diſceptatione demonſtrat. Conſpirationi. conſenſui: ambiguum uerbum atq; utroq; uerſum uſurpatũ: bona enĩ & mala cõſpiratio eſſe poteſt. contra cõiuratio ſemper mala: & in alicuius pernitiem ſuſcepta. Relicto nouorum cõſulum officio: relictis nouis cõſulibus: quos honoris gratia frequentes circũſederant: aut certe in capitolium ſecuturi erãt: quo calendis Ianuariis primo magiſtratus die ſacrificaturi conſcendebãt: Ouidius & Tranquillus ſunt auctores.

Turbulentiſſimas leges: cecilius metellus. tri. ple. legem: ut plutarchus docet: laturus erat: ut re. pu. catilinæ coniuratiõe conſternata põpeius cum exercitu ex aſia romam reuocaretur: cui negocium daret ut diligenter proſpiceret: ne reſpublica ea temporum nouitate aliqđ adiret incommodum: hic ferendæ legis fuit illi prætextus: ſed. m. catoni qui tum tribunus erat: & aliis aliter perſuaſum pompeium a metello: & is qui legem celebrare occœperant reuocari: ut ui: & armis rem publicam capeſſeret. Ambo. cæſar & metellus: hic tribunatu: prætura ille. Comperit: cognouit. Dimiſſis lictoribus: abire iuſſis: quo occultius fugeret.

Abiectaq; p̃texta: q̃ p̃tores maioreſq; magiſtratus utebãt. De p̃textæ uſu: diõyſius: Plutarchus: Liuius macrobius: & Silius Italicus abũde multa. Aſſerẽda: uidicãda. Ob eũdẽ coetũ: populi multitudinẽ: q̃ ad Cæſarẽ cõfluxerat. Coactus: ſenatus ſubaudi tumultuoſe ĩ curiã uocatus. Inducto: reuocato: antiq̃to. Priore decreto: quo publica admĩſtratiõe ſubmouebat. Apud Nouiũ q̃ſtorẽ. Varro auctor ẽ q̃ſtores ñ a pecũiis tm̃: ſed a cribus potius iq̃rẽdis dictos: qđ pediãus quoq; ſentiẽ mihi uidet: hoc fuit rex capitaliũ q̃ſtionẽ exercet. xii. tabulæ q̃ſtoc paricidi meminerũt. Quĩto curio: q ut criſpus: & plutarchus ſcribũt: Catilĩæ cõſilia p Fuluiã Ciceroĩ pdidit. Chirographũ: chirographũ ut pediãus placet hoc a ſyngrapha differt: qđ ĩ illo: q̃ tm̃ acta ſũt: ſcribi ſolẽt: ĩ hãc uero cõtrafidẽ ẽt ueritatis pactio ueniat. Implorato: ſuppliciter: & cũ obteſtatõe req̃ſito. Ne curio p̃mia darent: qa nõ primus Curius q de cõiuratione ſed etiam in reliquum anni tempus curia abſtinuit.

De geſtis eius in officio prætoræ.

PRimo prætoræ die Q uintum Catulum de refectione capitolii ad diſquiſitiõem populi uocauit rogatione promulgata: qua curationem eam in alium trã ſferebat. Verum impar optimatium conſpirationi: quos relicto ſtatim nouorum conſulum officio frequẽtes obſtinatoſque ad reſiſtendum concurriſſe cernebat: hanc quidem actionem depoſuit.

De priuatione eius a prætura: & eius reſtitutione.

Aeterum Cecilio Metello tribuno plebis turbulentiſſimas leges aduerſus collegarum interceſſionem ferenti: auctorem propugnatoremq; ſe pertinaciſſime præſtitit: donec ambo adminiſtratione reipu. decreto patrum ſummouerentur. Ac nihilominus permanere in magiſtratu: & ius dicere auſus: ut comperit paratos: qui ui ac per arma prohiberent dimiſſis lictoribus: abiectaq; pretexta domum clam refugit pro conditiõe temporum quieturus. Multitudinem quoq; biduo poſt ſponte: & ultro confluentem: operamque ſibi in aſſerenda dignitate tumultuoſius pollicentem compeſcuit: quod cum præter opinionem eueniſſet: ſenatus ob eũdem cœtum feſtinato coactus gratias ei per primores uiros egit: accitumque in curiam: & ampliſſimis uerbis collaudatum: in ĩtegrum reſtituit inducto priore decreto.

De actione eius ob coniurationem catilinæ.

DEcidit rurſus in diſcrimen aliud inter ſocios Catilinæ nominat?: & apud Nouiũ nigrũ quæſtorẽ a Lutio Vectio ĩdice: & in ſenatu a Q uĩto Curio: cui quod primus conſilia coniuratorum detexerat: conſtituta erant publice præmia: Curius e catilina ſe cognouiſſe dicebat. Vectius etiam chirographum eius Catiline datum pollicebatur. Id uero cæſar nullo modo tolerandum exiſtimans cũ implorato ciceronis teſtimonio: quædam ſe de coniuratione ultro ad eũ detuliſſe docuiſſet: ne curio p̃mia darẽtur:

tione

tione aliquid Ciceroni retexisset:sed Cæsar fuisset.aut quia falsum de se indicium senatui detulisset. Vectium:indicem. Captis pignoribus filiis ne:an rebus quod magis placet:nam pignora utrunq; significant sed capta pignora multæ potiusq̃ satis dationis nomine accipias. Reliqua suppellectile direpta: diripere uolentibus data:aut certe interim dum pignora capiuntur quasi hostiliter asportata. Eodem in carcerem scilicet. Nouium fuerit ne hic.L.Nouius ille qui quum Publio Clodio postea tri.ple.fuit ut non affirmare ausim ita ne id ipsum quidem negare. Maiorem potestatem Marcos Varro Gellio auctore Quæstores neq; uocatiõem habere dixit neq; præhensionem quũ ipsi a priuato ad prætorem ĩ ius uocari possent siquidem magistratus qui uocandi ad comitia populi potestatem nõ habuit:ĩ ius uocari poterat prætor cõtra ex maioribus magistratibus habebatur quippe qui maioribus creare aũspiciis ut cõsul & censor.

effecit. Vectium pignoribus captis:& direpta supellectile male mulctatum:ac pro rostris in cõcione pene discerptũ coniecit in carcerem. Eodem modo Nouium quæstorem eo: quod compellari apud se maiorẽ potestatẽ passus eẽt.

